

pauperem. Eius modi enim natura puto me esse diuici-  
 am. Ea quidem honestor cauda perpetua. et liber vici-  
 lior semper ala plumbata. Ea nimirum meus sum. et nemini in-  
 preda dilectus. Nigra penna illustrat me. pluma pau-  
 percula ditat. et spreta caudula tutat. Verum te diuicie  
 tue pauperem faciunt. desiderabilitas odium. deliciae do-  
 lorosum. gloriositates inhonestum. felicitates miserum et  
 exerescentie minoratum. Maledicti sint igitur tales di-  
 uicie que suum depauperant. decaudant. et vituperant pos-  
 sessorem. Quarum nempe sunt. in nuditatem possessio. in  
 dolorem dulcedo. in confusionem gloriatio. in difformita-  
 tem et decore. Omnis certe leta et cara paupertas. cupidi-  
 tatis thabes liuoris lues. viciorum expers. virtutum ho-  
 spes. securitatis requies. cuius pax ubique est. cui etiam  
 ipsi amatores discordie pacifici sunt latrones. Haude igitur  
 si prudens es. quod tibi hostiles amiseris opes. nec eas his  
 vltis appetis. sed opulentum te iudices in hijs pauper. Qui-  
 bus eruditum ditauit depauperatus magister. Contra eos  
 qui ex diuicijs acquisitis se putant esse felices.

De dracone et gemma. Capitulum septimum.

In suo vertice splendente draconide. tante gemme  
 draco preciositate dotatus. cum superbus incede-  
 ret. inuenta quidem iena dixit. Satis certe ambo  
 benefice possumus regnari. ac tenemur nature. Quonia  
 quidem artis ingenio subministrantis. humana dotata men-  
 te corpora. multo precio adornant. Indempnis ipsa mira-  
 bilis opax. liberalitatis enim gratia in nobis gemmarumque ornameta  
 ostendit. Tibi namque oculum mirabiliter ingeniauit. Caputque  
 meum solis libito regibus insigniuit draconide. Cui mox illa  
 Fax effrenate cupiditatis. In se erudita periculis. aliter  
 sentiens et effecta opulentum ostendit. tali sententia confutauit.  
 Bene inquit video quod diuicie corporales dum tempestuosa  
 leuem ala superbie sursum precipitant et minime caput ra-  
 tionis liberant inferi. ac fallacis foris propositatis decore